



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117840

§. 39. Concilium Romanum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66082)

Episcopalis, sicut olim Tungris Traje-
ctum, ita tunc Trajecto Leodium trans-
lata. Sæcul. VIII.
A. C. 723.

§. XXXIX.

Concilium Romanum.

Tempore quo S. Bonifacius adhuc in
Frisia versabatur, Gregorius II. Pa-
pa Romæ Concilium in Ecclesia S. Petri,
anno quinto Leonis Imperatoris, & Filii
ejus Constantini secundo, quinto die A-
prilis, Indictione quarta, anno salutis 721.
celebravit. Constantinus anno 719.
natus, cum in Festo Nativitatis Domini
a S. Germano Patriarcha Constantino-
politano baptizaretur, fontem Sacrum
suis excrementis inquinavit, unde co-
gnomentum Copronymi sortitus est. An-
no sequente jubente Patre in die Resur-
rectionis trigesimo primo Martii coro-
natur. to. Conc. p.
1455.
Theoph. p. 3.
p. 335.

In Concilio Romano præter Papam,
qui præerat, interfuere viginti duo Epis-
copi, & inter illos tres exteri, nimirum
Sinderedus Hispanus, qui, ut divimus,
ex Archiepiscopatu Toletano fugerat,
Sedulius Scotus ex Magna Britannia, &
Fergustus Pictus ex Scotia. Omnes
quoque Clerici Romani aderant. Pon-
tifex ad Patres præfatus dixit, quod ali-
qui de populo Christiano Sacratas Deo
scæminas, & propinquas temere conju-
gio

Sæcul. VIII.
A. C. 723.

gio sibi sociarent. Episcopi responderunt, omnes criminis hujusmodi reos sive Romanos sive Longobardos aut cujuscunque demum Gentis anathematis pœna esse emendandos. Tum Papa ante Beatissimi Petri Corpus sedens Sententiam, quæ Canones septendecim complectebatur, pronunciavit. In primo statuitur. Si quis Presbyteram in conjugium duxerit, anathema sit! & responderunt omnes tertio; anathema sit! Ita Episcopi ad singulos Canones responderunt. Presbyteræ autem dicebantur, quarum viri in Presbyteros ordinati fuerant, nec licebat eis alteri nubere, etiam marito defuncto. Qui duxerit Diaconissam, qui Monacham, qui commatrem spirituales, uxorem fratris sui, neptem, novercam, aut nurum, consobrinam, cognatam vel affinem, Anathema sit! Si quis viduam, aut virginem rapuerit, Anathema sit! Anathema nominatim pronuntiatur contra quemdam Hadrianum, & Diaconam Epiphaniam, qui violata juramenti fide, conjugium illicitum intrare ausi fuerant. Atque Anathematis mus ad conscios quoque extenditur. Qui Hariolos, Aruspices consuluerit, qui incantatores observaverit, aut Phylacteriis usus fuerit, damnatur. Item qui Oliveta Ecclesiæ contemptis litteris Apostolicis usurpaverit, & demum Cleri-

c. 14. 15. 16.

c. 12. 13.

ci comam nutrientes. Huic Concilio Sæcul. VIII.
 non solum Episcopi, sed etiam Presbyteri A. C. 723.
 quatuordecim & Diaconi quatuor c. 17.
 subscripserunt.

§. XL.

Translatio S. Augustini.

Sub idem tempus, nimirum, ut creditur, Aff. SS. Be. to. 3. p. 437.
 anno Christi 722. cum ad aures Luitprandi Regis Longobardorum fuisset delatum, sepulchrum S. Augustini, Paul. Diacon. IV. Hist. c. 48. 58.
 cujus Reliquiæ tempore persecutionis Vandalicæ translatae fuerant, a Saracenis tunc in Sardinia dominantibus profanari, rei indignitate commotus, & Petri Episcopi Ticinensis hortatu impulsus, Legatos in Sardiniam cum magna auri argentique vi misit, qui Sanctissimi Viri Corpus redimerent, & Ticinum, ubi Rex residebat, afferrent. His mandatis perfectis, S. Augustini Reliquiæ depositæ sunt in Ecclesia Monasterii S. Petri, quæ Regis sumptibus extra urbem ædificata ab incolis *Cælum aureum* dicebatur. Verum jam Sæculo sequente a S. Augustino nomen nacta est. Translationis hujus memoria vigesimo octavo Februarii celebratur. Mart. Rom. 28. Febr.

§. XLI.

Pelagius Rex Asturice.

In Hispania, etsi Musulmanni ubique ferme rerum potirentur, in illo tamen Regno

Tt 3

Regno